UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||

Lensaeus, Johannes

Antverpiae, 1590

Prooemivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46059

Visual Library

Et caput adde iugis, da mollibus ora capiſtris,
Demiſſoſq́ leui ſubde humeros oneri.
Nunc potes hoc dum liber agis, dum nulla retentant
Vincula, nulla thori cura, nec altus honor.
Hæc bona libertas Chriſto ſeruire, & in ipſo
Omnibus eſſe ſuprà: non dominis hominum,
Non vitÿs ſeruit, non Regibus ille ſuperbis,
Tantùm qui Chriſto ſe dederit Domino.
Nec tibi nobilitas videatur libera, quam nunc
Sublimem attonita conſpicis vrbe vehi,
Quam cernis tanta ſibi libertate videri,
Vt dedignetur flectere colla Deo.
Multis ille miſer mortalibus, & quoque ſeruis
Seruit, & ancillas, vt dominetur, emit.

DE CHRISTIANA LIBERTATE LIBER SEPTIMVS.

PROOEMIVM.

DE libertate quæ eſt à diabolo, propterea mihi ſeorſim diſſerendum eſſe putaui, quòd propria nonnulla contineret ea conſideratio. Cætera verò quæ habet cum libertate à peccato communia, dum huc tanquam reiecta perſequemur; & huius menſuram Libri complebimus, & quæ priori poterant deeſſe videri, non obliuione vel inſcitia præteriÿſſe, ſed conſultò alium in locum diſtuliſſe putabimur.

CAPVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN